

F^o 83^{to} Millesimo trecentesimo LVI, die XXIII Maij.

1

Capta. Intellectis litteris domini Pape, pro unione fienda contra Turchos, pri-
die nobis missis; uadit pars quod respondeatur eidem domino Pape qualiter nuper
recepimus litteras sanctitatis sue, quibus reuerenter receptis et plenius intellectis,
cognoscentes id fore utile et necessarium pro salute christianorum, sumus con-
tenti et offerimus nos paratos ad uolendum, quod fiat ipsa unio, iuxta sue sancti-
tatis litterarum seriem et tenorem, denotando eidem quod ad terminum ordinatum
et in litteris suis contentum, mittimus nuncium nostrum cum sindicatu ad ple-
num ad presentiam sanctitatis sue, pro confirmanda et roboranda unione predicta.
Et quia in litteris suis continetur quod, galee unionis esse debeant extra, in par-
tibus Smirnarum in kalendis Julij proximi, respondeatur quod non ordemus
quod ad ipsum terminum hoc posset apte fieri, set tamen si alij qui esse debeant
in unione ipsa, erunt de hoc in ordine, in habendo galeas suas extra, ad dictum
terminum, offerimus nos paratos similiter habere nostras, quia tot habemus extra,
quod erunt sufficientes ad unionem ipsam pro parte nostra.

15

Et ex nunc sit captum quod appropinquante termino in litteris domini Pape,
mitti debeat una sufficiens persona, secundum quod uidebitur consilio rogato-
rum uel maiori parti, ad presentiam domini Pape, cum sindicatu ad plenum pro
confirmanda et roboranda unione predicta et alijs faciendis que erunt necessaria
circa hoc.

20

Scribatur insuper Neapoleoni procuratori nostro, quod litteras nostras, quas
sibi mitterimus, occasione predicta domino Pape presentandas, studeat presentare
informando cum quod sumus contenti et placet nobis quod fiat unio contra Tur-
chos iuxta seriem litterarum papalium nobis missarum, et quod ad terminum
ordinatum mittemus nuncium nostrum cum sindicatu ad plenum ad presentiam
domini Pape. Et quia forte alij qui sunt in unione pro uelociori expeditione
negocij, possent mittere nuntios suos ante terminum ordinatum, informetur
dictus Neapoleo quod statim cum sciuerit alios nuncios uenisse occasione pre-
dicta ante terminum, nobis denotet per suas litteras, quia nostrum similiter mit-
temus omni causa remota. Omnes de parte.

30

25

F^o 83^{to} Περί εξοπλισμοῦ ἐπειγόντως τῶν διαταχθέντων νὰ εξοπλισθῶσι κατέργων ἐν Κρήτῃ, ἐὰν ἀκόμη δὲν
ἐξωπλίσθησαν. 1356, Μαΐου 29.

26

F^o 83^{to} Ἐπανερχεται ἡ Γερουσία ἐπὶ τοῦ ζητήματος τοῦ χωρίου Σκαλάβι (ὄρα ἀριθ. 1 τοῦ παρόντος βιβλίου
καὶ 1. 16. 19. 23 τοῦ Liber XXVI) καὶ τῆς ὑφισταμένης διαφορᾶς μεταξὺ τοῦ ἐνοικιαστοῦ
τοῦ χωρίου Νικολάου Σαργέδου καὶ τῶν Μάρκου Γραδενίγου καὶ Μιχαήλ Κορνάρου, περὶ

